



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Epistola ad Viros Regulares.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

**E**pistola ad Vicarios foraneos pro oratione sine intermissione.

**C**Arulus &c. Reuerende Vicari. Orationem sine intermissione, ut scilicet & salutarem exitum sextæ prouincialis Synodi, quam mox habebimus, à Deo impetremus, in vniuersa Diœcesi hoc tempore instituimus. Hæc verò inchoabitur Nonis Maij, & Nonis pariter Iunij proximè sequentis terminabitur. Pro distributione temporis de eo facta isti Vicariatu, ut inferius adnotatum esse obueniet.

Quamobrem his statim acceptis literis totum negotium parochis tui Vicariatus, & per eos vniuerso populo significabis, ut ardētius & studiosius ad sanctum orationis exercitium se ipsos preparent & inflamment, frequentiusque in Ecclesiis conueniant. Horas autem orationis in parochias ampliores, vbi maior hominum multitudo conuenit, distribues; efficiesque omnino, ut sancta hæc oratio continua sit: orandi verò modus & ratio adhibeat quæ à nobis alias tradita fuit. Illud tamen præcipue animaduertendum est, ne oratio de Spiritu sancto, & item pro peccatis, & sancti patroni, absolutis litanis, & psalmo quinquagesimo, Misere mei Deus &c. cum statim precibus omittatur. De distributione auté, quam istic facies, postea nos quamprimum certiores reddas. Vale in Domino. Mediolani Calendis Maij 1582. Subscripta. M. Antonius Bellinus Cancell.

Tum etiam eandem orationem sine intermissione in vrbe à regularibus viris, & mulieribus celebrandam esse statuit, scriptis literis ad vniuersos prælatos Monasteriorum, videlicet.

#### Epistola ad viros Regulares.

**C**arolus Cardinalis Archiepiscopus. Reuerendo. Padre, habbiamo ordinato una oratione senza intermissione per il buon successo del nostro Concilio prouinciale sexto, che già si auicina; il quale cominciarà dimani à hore 14. & durerà sino alli 5. del seguente mese di Giugno, secondo il compartito sopra di ciò fatto à cotesto suo Monastero tocca-

rà l' hora qui di sotto notata, la quale ri pigliarete ogni tre di vna volta, fin che durerà il detto spatio di tempo. Però farà contenta di fare, che si celebri in Chiesa collegialmente con ogni maggiore diuotione e purità di cuore questa santa oratione, accioche in questi pubblici bisogni spirituali il Signor si degni della sua misericordia con noi. Aggiungendo anco per questo nella Messa in specie la colletta per il Sinodo. Come che vi benediciamo. Dall'Arcivescovo uato li 4. di Maggio 1582. Subscripta.

M. Antonius Bellinus Cancell.

Supputatione facta pro ratione & numero Monasteriorum, singulis certum spatiū temporis in calce huius schedulae assignatum fuit.

#### Congregatio præparationis Concilij.

**D**ie septimo Maij, cum iam immineret dies conciliares, Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Archiepiscopus habuit Congregationem de præparatione Concilii, in qua interfuerunt multum Reuerendi DD. Audenius Ludouicus V.G. Antonius Séneca Decanus Metropolitanæ, Io. Stephanus Beluisius Protonotarius Apostolicus Canonicus Vercellensis, Petrus Galesinus Protontarius Apostolicus, Bernardinus Tarnius I. V. D. ex Visitatoribus diœcefis, Io. Paulus Clerices Magister cæreniarum & Cancell. Archiepiscopal. & infra scripta decreuit Illustriss. Domin. Primo deputauit iudices excusationum. Item Iudices querelarum & controveneriarum.

Promotores Concilii, ut infra. Vicarii & procuratores Episcoporum ex gratia erūt admittendi, ut possint interesse tractatibus.

Curores & nuncii huius sacræ Synodi pro intimationibus affixionibus & huiusmodi actib. deputantur oës ostiarum Metropolitanæ, ac eorum Praefectus. Reuerendiss. Episcopi quando venerint ad publicas Congregationes, à duabus ex Reuerendis Canoniciis Ordinariis subdiaconis associentur. Officiales Concilii in prima publica Congregatione promulgantur.

Famē.